



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Joan. Baptistæ Santolii Canonici Regularis Victorini  
Carmina Selecta**

**Santeul, Jean de**

**[S.I.], 1679**

De Incendio Londinensi Idem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13401**

DE INCENDIO  
LONDINENSI.  
*I D E M.*

**I**NCLITA sic arsit quondam Ilios : at neque Reges,  
 Ausa tamen , Divos nec violare suos.  
 Londinum meritos , quantum fuit , ivit in ignes :  
 Pœnáque par , noxâ pro graviore , fuit.  
 Quod scelus admisit , scelere est immanius omni.  
 Et tantum ignoscunt Numina nulla nefas.  
 Nec genus hoc monstri Sol viderat ante ; nec olim  
 Posteritas visum , sic reor , ulla putet.  
 Hujus ubi crevit , nec jam est tolerabilis horror ,  
 Et queritur lendum terra , notatque Deum :  
 Serus adest vindex , & se tandem approbat orbi ,  
 Jussaque per certos crescere pœna gradus.  
 Orta lues : mox bella : ultor furit ultimus ignis.  
 Quodque nec eluerent æquora cuncta , piat.

C.